



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De votorum differentiis & ipsorum relaxatione c. 18.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

fit Religioni contrarium. Quando verò votum est de materia alias in præcepto, tenet quidem, sed transgressor duo cõmittit peccata, vel vnum duobus æqui ualēs. Qui autē contra votū validū, vouētē persuadet, semper mortaliter peccat, & in genere, circa voti obligationem intentio vouentis spectanda potius est, quam verba ipsa.

De Votorum differentiis, & ipsorum relaxatione. Cap. 18.

Votum primo diuiditur in simplex, quod in sola promissione & traditione ex parte vouentis consistit, & in solemne, quod præterea continet acceptationē ex parte Dei cui fit promissio. Differunt vero hæc in quatuor. *Primo quia votum simplex ad plura se extendit, solemne verò non fit nisi de castitate in maiori-

bus ordi-

bus ordinibus, & de Religione per professionem. Simplex votum castitatis, & Religionis impediunt matrimonium contrahendum tantum, solemne verò etiam contractum. Simplex Religionis non obligat vouentem, si non recipiatur in monasterium, aut si expellatur sine culpa, aut ante probationis annum, iusta ex causa egrediatur, at in solemni existens, etiam expulsus saltem ad castitatem seruandam tenetur, non tamen ad obedientiam vel paupertatem.* Quarto simplicis transgressio non facit apostatam, exceptis votis simplicibus SOCIETATIS IESU, at solemnis apostatam constituit, & dimittens Religionis habitum absque necessitate, incurrit excommunicationem latam sententiam, etiam si per horam tantum dimitteret animo laicaliter viuendi, ea tamen excommunicatio nulli reseruatur. Qui autem facit contra votum ca-

stitatis solemnizatum per clericatum, etsi sit apostata quo ad mores, non incurrit tamen ullam excommunicationem. Immo qui minores ordines tantum suscepit, potest ducere uxorem sine peccato, tenetur tamen beneficium si aliquod habeat, relinquere, alioquin mortaliter peccat. Etsi beneficium illud habeat curam animarum, modo non sit collegiatum, tenetur omnes fructus restituere quos percepit à tempore quo statuit deserere clericatum. Votum solemne Religionis, dirimit Matrimonium ratum non consummatum, at votum clericatus nequaquam. Est enim efficax Religionis votum, & quavis possit à Papa dispensari, non tamen debet id fieri, nisi in gravissima causa. Rursus votum dividitur in Personale, & Reale. Personale est quod ad personam tantum voti spectat, Reale, ad rem tempor

ralem, vt qui vouit eam dare in
 Eleemosynam, quod votum si
 filiorū sit, à patre, vsque ad 25. an-
 num, potest irritari, personale ve-
 ro vsque ad 14. Est & conditio-
 nale votum quod obligat condi-
 tione posita, modo sit honesta: &
 pœnale, quod in pœnam ponitur,
 & etiam obligat quando fit ex bo-
 no fine, vt si non abstinuero ho-
 die à ludo, voueo me ieiunaturū:
 & absolutum quod absolute fit si-
 ne conditione & pœna. Differunt
 irritare, & commutare votum, di-
 spensare, & absoluere voti trans-
 gressione, nam irritare, est annul-
 lare, & sic superior vota subdito-
 rum irritat, quin imo cum mate-
 ria voti est contraria iis in quibus
 inferior superiori tenetur pare-
 re vt filius patri, statim vota
 sunt irrita nisi à superiore appro-
 bentur. Commutare verò in me-
 lius & ipse vouens potest, in æ-
 quiualens aut paulo minus, Epif.

copi & prælati, non tamen sine causa legitima, & iidem circa subditos dispensant etiam, iuxta de causa in votis omnibus, exceptis Papæ reservatis, quæ sunt hæc quinque: Votum simplex Religionis, Castitatis perpetuæ: Sancti Iacobi, Hierusalem, Sancti Petri Romæ & vota solemnia, quæ tamen si conditionata, & non absoluta sint, ad Episcopum pertinent, sicut & si fuerint pœnalia. A voti transgressione quilibet confessarius potest absoluerè, sicut & ab aliis peccatis, sed manet voti obligatio in futurum.

De Tentatione Dei. Cap. 19.

Tentatio est dictū, vel factū ad capiendā alicuius experientia. Quare ille Dominū tētare dicitur, qui aliquid dicit, vel facit, vt Dei potentiam, vel sapientiam, seu aliud quoduis eius attributum exploret, vel aliis ma-